UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lxxvii. Ad pustulas accipitris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Visual Library

inflammationibus flagrant, oui albus liquor cum eiuſdem vitello commiſceatur, eoque illinatur.

Ad puſtulas accipitris.

SI in ore, aut alia corporis parte puſtulæ ſint, trade alteri accipitrem ſcite tenendum, tu vero acicula puſtulas aperito, eaſque ſinito euaporari, deinde melle roſato illinito.

Ad recinentem & ſtertentem accipitrem.

SI ſtertit, ſibilum elidit, angitur, & coactus comedit; ſcito in eius faucibus pituitam eſſe. Remedio eſt ferri ramẽtum tenue cum carne calida datum. aut zinziberis, ſulphuris puri, ignem nondum experti par modus oleo roſaceo temperatus cum carne victui datus. Item ſolum roſaceum ex carne datum diſcutit pituitas ad thoracem adhæreſcentes. Sunt qui zinziberis partem vnam tritam, butyri partem, alteram roſacei ſufficientes partes ſimul cum carnibus accipitri dent comedendas.